



De Probatis|| Sanctorvm|| Historiis

Partim|| Ex Tomis Aloysii Lipoma-||ni, Doctissimi Episcopi, Partim Etiam||
Ex Egregiis Manvscriptis Codicibvs, Qvarvm permultæ antehàc nunquàm
in lucem prodiêre

Qvi ... Illas Omnes Complectitvr Historias, Qvæ Post Secvndam Sex
Tomorvm Editionem ...

Surius, Laurentius

Coloniae Agrippinae, 1586

VD16 ZV 1269

I.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77432](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-77432)

politano Regulus, quem nos virum nouimus, suimusque superioribus annis allocutus, donauit. Is enim cum in Gallia, quod se amissio imperio recenterat, de quodam sacerdote accepisset, Rauennæ sacerdotem plane sancte viuere, & templum exadficare, diuino spiritu impulsus, Rauennam è Gallia venit, duæ Mariae Lauretanæ tèplum toto orbe ingentibus miraculis celeberrimum, inuisurus: inuenitoq; Hieronymo, aureum tradidit torqueum, vt, quod iam angustum ædificarat templum, amplificaret, & facellis additis, exornaret: quod & factum est. Quibus peractis, aliquot sacratis viris probis ac religiosis, in quibus Simon Cresspolius Rauennas maximè c. nituit, secum iunctis, collegium instituit, titulo Boni Iesu, ac Diuæ Margaretæ adiecit, anno à parte Virginis trigesimo secundo supra millesimum quingentesimum quod postea Paulus tertius Pontifex Maximus in sequentibus approbavit. Iulia etiæ Sfondra, nobilis ac religiosa mulier, vidua, Mediolanensis, quæ Mantua ex Picci. nardata familia maritum habuerat, annuam certam pensionem pecunia illi cōso. Margarita tationi cùm tribuisset, multum rem ipsam iuuuit, magnificasque ades proximas templa, & nonnullos etiam fundos compatauit.

Ex domo S.
Gentilis tē
plū extiu-
itur.

plum totò orbe ingentibus miraculis celeberrimum, inuisurus: inuenitoq; Hiero-
nymo, aureum tradidit torqueum, vt, quod iam angustum ædificarat templum, am-
plificaret, & facellis additis, exornaret: quod & factum est. Quibus peractis, aliquot
sacratis viris probis ac religiosis, in quibus Simon Cresspolius Rauennas maximè c.
nituit, secum iunctis, collegium instituit, titulo Boni Iesu, ac Diuæ Margaretæ adie-
cit, anno à parte Virginis trigesimo secundo supra millesimum quingentesimum
quod postea Paulus tertius Pontifex Maximus in sequentibus approbavit. Iulia etiæ
Sfondra, nobilis ac religiosa mulier, vidua, Mediolanensis, quæ Mantua ex Picci.
nardata familia maritum habuerat, annuam certam pensionem pecunia illi cōso. Margarita
tationi cùm tribuisset, multum rem ipsam iuuuit, magnificasque ades proximas tem-

Eius ecclē-
sia fit col-
legiata, ti-
tulo Boni
Iesu, &c. S.

Margarita

plū extiu-
itur.

FEBR VARIVS

VITA B. SIGEBERTI FRANCORVM REGIS,

AVTHORE SIGEBERTO MONACHO GEMBLACEN. VTRVM HIC CA-

talogo Sanctorum adscriptus, si ignoror multis tamen
elaret miracula.



NNO Dominicæ incarnationis quingentesimo octogesimo sexto Lotharius secundus, Chilperici Regis & Fredigundis filius, in Francia admodum puer regnare coepit. Qui postquam ad intellegibilem etatē venit, honestati morum studere coepit, Vnde à Deo exaltatus, eo usq; procellit, vt monachiam regni Francorū mereretur accipere solus. Hic anno regni sui tricesimo nono Dagobertum filium suum in consortium regni adscivit: & ne rebus potestatis licentia, & iuuenilis etatis intemperantia exorbitaret à via recti, dini, ei viros potentia & sanctitate claros substituit, sanctum scilicet Arnulphum, ex Maiore domus Metensem Episcopum, & Pipinum Maiorem dominum, tunc temporis cunctis aulicis præminentem potentia & prudentia. Iste Dagobertus vrens tutoribus, regnum Francorum propagauit latius, & maximè ad debellandos Saxones labor intenitus, qui fines regni sui crebris fatigabant excursibus. Quos auxilio patris sui Lotharij ita deuicit, vt & Regem eoru Berthoaldum perimeret, & omnes Saxones, mensuram gladii sui excedentes, gladio trucidaret.

Tam bonis Dagobertus Rex vsus principijs, post mortem patris sui coepit paulatim resiliere à proposito æquitatis, & consilijs Pipini principis, & Cuniberti Archiepiscopi Colonienfis, quem idem Pipinus post * decepsum sancti Arnulphi vnani mem sibi amicum, & intimum suis elegerat consilijs. Nam quamvis Dagobertus Rex esset egregius bellator, sacerdotum Dei & ecclesiarum pius amator, pauperum Christi largus subleuator, & multarum bonarum artiū executor: tamen carinalis incontinentia mōrbo nimis laborabat, vnde & claritudini nominis sui foedam infamia notam contraxerat, & (quod grauius erat) Regis regum iram contra se accenderat. Reginas enim suas fictis ex caufis alias pro aliis repudiabat, ipsis quo quæ despontatis pellicum amores superducebat. Et quantis adeo deditus esset carnali commercio, nullam tamen spem propaganda posterioris habebat, ex nullatorum filio suscepito. Per maximè ergo Rex dolebat, quia se Dei offensam incurrisse sentiebat: præsertim quod ex regio patrum suorum semine nullum sciebat superesse, præter se & fratrem suum Charibertum: qui Charibertus propter simplicitatem nimiam minus idoneus erat ad regni gubernaculum. Sed quamvis de prolis prosperitate, non tamen desperans de Dei miseratione, præcordialiter eius deprecabatur, vt sibi ex eius nutu filius daretur, qui sibi in regimine regni subrogaretur.

Cap. 2.
S. Cuniber-
ti vita, ha-
betur LINO
uemb To-
mo 6.
*decepsū

Grauite
peccar. S.
Davidis Re
gis more.

Poenitentia
eius.

Iustus

Cap. 3. Iustus & pius Dominus, qui hominum erratibus ad iram attrahitur, precibus etiam humilium ad misericordiam reducitur. Rex siquidem Dagobertus, dum circuaret Australiam nono anno regni sui, puellam quandam Ragnetrudem nomine, vultus elegancia laudabilem, genere etiam inter Australios non ignobilem, cum regi cultus honore sibi uxorem iunxit: quæ, Deo volente, eodem anno ei genuit filium. Rex hoc laetificatus nuncio, volucere coepit animo, cui sandorum virorum potius hunc puerū traderet, qui eum sacra baptismate regenerare deberet. Erant eo tempore in Francorum regno multi apud Deum & homines sanctitate predicabiles & virtutibus. Inter quos sanctus Amandus Elnonensis clarebat gloriose.

**Vita huius
eft Tom. i.
die Februarij.** qui ex Aquitania oriundus, Christum relicitis omnibus sequebatur, & labores voluntariae peregrinationis instantia diuinæ prædicationis confabatur, & eius cultu seges vberrima per Franciam in horrea Christi congregabatur. Ad hunc perquirendum per diversa discurrunt nunciæ, ad festinantis Regis editum. Is Amandus iam dudum, quia solus omnium sacerdotum non timuerat Regem redarguere pro capitalibus criminibus, iubente eo, cum iniuria de regno eius fuerat expulsus, & in remotioribus Francæ locis verbum Dei prædicabat gentibus. Tandem reperitur, & vt Regem aeat quantocumq; admonet: Ille membrans præceptum Apolloni, quod omnis anima potestribus sublimioribus debeat subiici, venit ad Regem, in villa Clypiaco morantem. Vito Rex beatissimo Amando, magno repletus est gaudio. prostratusque pedibus eius, deprecabatur ut tanto sceleri, quod in eum perpetraverat, veniam largiri dignaretur. At ille, vi erat mitissimus, citius cum eleuata terra, atque clementissime indulxit. Tunc Rex ad sanctum ait: Poenitet me, quod stulte aduersum te egerim. Precor ergo, ut ne memineris iniuriæ, quam tibi irrogauim, atque precem meam, quam à te postulo, non dedigneris annuere. Dedit Deus mihi filium, non meis præcedentibus meritis, præcorque ut cum sacro digneris ablucere baptifimate, atque in filium tibi spiritualem accipere. Quod vir Domini vehementer renuit, scilicet sciens scriptum esse, militantem Deo non operrere implicare secularibus negotijs. & quietum atque remotum, non debere regia frequentare palatia. & è conspectu Regis abscessit. Rursum Rex misit ad eum viros illustres, tūc in laicali habitu palatio de seruientes, Audoenum scilicet, post Rothomagi Episcopum, & Eligium post Noviom Episcopum. Hi humiliiter virū Dei petierunt, ut precibus Regis daret alienum, atque filium ipsius sacro dignaretur diluere fonte, & vt eum emittire, atque legi imbucere diuina quantocumq; assentire: dicentes, quod si hoc vir Domini non reuerat, per hanc familiariatem libertatem illius in regno illius, vel vbi canque eligeret, instantiam prædicandi haberet, seu nationes quamplures per hanc gratiam se posse conquirere fatebantur. Tandem ergo fatigatus precibus amborum, facturum se esse promisit. Audiens autem Rex, quod vir sanctus precibus eius annuerat puerum adduci precipit: ipse vero Aurelianis contendit: vbi ei frater suus Charibertus ad hoc ipsum, ut filiu eius de sacro lauacro suscepit occurrit. Ibi puer assertur qui non plusquam quadraginta dies ab ortu suo habere fecerat. Quem accipiens vir sanctus, sacris mysterijs initiandum, cum benedictione solenni eum fecit catechumenum. Cumq; finita benedictione nemo ex circumstantibus respondisset, Amen. aperuit Deus os infantis, atque cunctis audientibus clara voce respondit, Amen. statimq; eum regenerans sacro baptisme, Sigebertum eum nominavit, cum que ipse cum Chariberto fratre Regis de sacro fonte suscepit. Super hoc Rex cum omni exercitu magno tripudians gaudio dehinc sanctum virum habitum in magna venerationis loco, non multo post in thronizauit eum in Traiectensis ecclesia folio. O miram Dei gratiam: o prædicabilem eius potentiam. Quis non in eius laudem exclamat? quis non super diuitijs bonitatis eius exultet? Qui olim Jeremiam prophetam in utero matris sanctificauit, cuius spiritu afflatus cum matre sua, plusquam propheta Iohannes exultauit, & nondum natus præco nasciturum Regem preuenit. Autem Domini adhuc benedicitur in Ecclesia, & benedicetur in secula. & pri-

Rom. 13.

**S. Amandus
venia ro-
gat.** venia ro-
gat.

2. Tim. 8.

**Horū vita
suis haben-
tur locis.** suis haben-
tur locis.

**S. Amādus
eius filii
baptizati
gebētum.
Amonius
li. 4. cap. 20** gebētum.
Amonius
li. 4. cap. 20

**Jerém. 1.
Luc. 1.** miram Dei gratiam: o prædicabilem eius potentiam. Quis non in eius laudem exclamat? quis non super diuitijs bonitatis eius exultet? Qui olim Jeremiam prophetam in utero matris sanctificauit, cuius spiritu afflatus cum matre sua, plusquam propheta Iohannes exultauit, & nondum natus præco nasciturum Regem preuenit. Autem Domini adhuc benedicitur in Ecclesia, & benedicetur in secula. & pri-

Cap. 4.

Aut vix, aut nunquam inuidiam effugit gloria. Pipinus Maior domus, qui cau-

& pri-

SURTUS

VIII

5

DE SIGEBERTO REGE FRANCORVM.

47

& prudenter se agebat in cunctis regni vel palatij negocijs, bonus in consilijs, fortitudo terribilis, culta iustitia & fidei proposito per omnia laudabilis: quod habetut magis omnes gloria anteibat, eorum maiorem penè Austrasiorum contra To. i Fe- fe inuidiam conflauerat, obseruantibus emulis, ut amouerent eum à latere Regis: vi aut disiungerent eum à Regis corde, aut facerent eum plectri morte. Sed ille cal- lens moderari animo suo, noluit vinci à malo, sed vicit malum in bono. Nam vt Rom. 12, se & omne regn um absoluueret discordia scandalo, atrepro ad nutriendum Sigeber- to Regis filio, inuidorum factioi cessit, & ad Charibertū Regis fratrem in Aquita- nia morantem contendit. Non multò post transeunte nubecula huius tempestatis latior redit per concordiam aura serenitatis.

* Sammon quidam Francus genere, negotiator arte, cum ad gentem Vuinido, Cap. 5. rum se contulisset, & per fortitudinem & industriam suā ab eis in Regem promo- *Samog- tus fuisse, inter se & Dagoberrum Regem orra similitate, sc̄pe regni sui transgressio limite, Thuringiam & reliquos sibi vicinos Francorum pagos vastabat acerrimè. Hac de causa Rex Dagobertus anno regni sui vndecimo Metis adiit, ibique proce- sum & pontificum conuentum adesse iussit, eorumque consilio & consensu filium suum Sigebertum in regnum Austrasiorum sublimauit, sedemque Regis Metis vr- Sigebertus creatus auct. fratri Regis

bem habere permisit: partem etiam thesaurorum sufficientem tradidit, & hoc to- tum edictō regali & procerum attestacione authorizauit. Tutelam vero Regis, cu- ius pueritiae timebat cōmīs Cuniberto Archiepiscopo Colonensi, & Adelgiso duci: curam verò regni Austrasiorum & prouidentiam omnium imposuit Pipino principe. Ex illo die represia est in solentia Vuinidorum, obuiante eis sortiter & feli- citer fortitudine Austrasiorū & frequentibus praeliis reprimendi excusus illorum.

Postannum nascitur Regi Dagoberto filius, qui Clodoueus est nominatus. Qui iterum cunctis primatibus Austrasię & Neufrię in generali conuentu cōgregatis, Cap. 6. Secundus ei iterum diuisiōnem regni inter duos filios ordinavit coram eis, eorū ascēnsu & con- nascitur si l. Clodoue us nomine

silio, & confirmauit, datis & acceptis inuicem pacis & sacramētis, ut scilicet deter- minato vtrūq; regni arcto limite, Sigebertus regnaret super Austrasię, Clodo- neus vero regeret Neufrię. Eam partem Franciæ, quę spectat ad meridiem & ori- entem, vocabant Austrasię: eam quę vergit ad Aquilonem & occidentem, vo- cabant Neufrię. Rex Dagobertus tam iuste & prudenter regno vtroque ordina- to, nē aliquando aliquo modo vel fratres inter se paterno dissiderent odio, vel re- gnum in seipso diuisum ciuilis belli defolarietur scandalū: anno regni sui decimo *Parisius

iprimo mortuus, & *Parisius in basilica S. Dionysij sepultus, regnum dimisit, ab ex- teris pacatum gentibus, & in nullo diminutū à suis finibus. Post cuins obitum duo Reges & fratres, Sigebertus & Clodouens, se quisq; in regno suo agebat prudenter, & inter suos valebat potenter, subiectis se exhibendo placabiles, aduerfantibus ter- ribilis. Et cum in omnibus inter se Deo placita vigeret concordia, pro vno tamen negocio penè voluit intrarepere discordia. Sigeberto enim Rege repetente sibi debitam partem paterni thesauri, nitebantur ei contraire proceres, qui erant ex parte Clodouei. Sed Pipino principē, & Cuniberto Archiepiscopo fortiter & ra- rationabiliter instantibus, pro sui potentia ab inuitis Neufrię primatibus extorse. thesaurus

run, mediante iustitia, ut ex condicō ad villam Compendium veniretur, ibique regi sequa lance diu- thesaurus Regis aqua lance diuideretur, suaq; cuique pars competenter daretur. ditur.

Ventum est illo: thesaurus diulditur ex æquo, pars debita repräsentatur Metis re- gi Sigeberto.

Sequens annus luctum maximum intulit Regi Sigeberto eiusque regno, Pipino maiore domus ex hac luce subtratto, qui ipsum Sigebertum paternè nutriterat à puer, & imbecillitatē pueritiae & adolescentiae eius validi sui auxiliū sustentauerat brachio. Hic omnimodis regno vtilis, genere, potentia, prudentia & fortitudine super omnes nominabilis, Grimoaldum filium suum rerum suarum hæredem fe- cit, duas quoque filias, Gertrudem & Beggham, ad laudem & gloriam generis sui post se reliquit. Quorum vna Gertrudis Christo, quam sponsa carnali, malens nu- pta Arnigiso, sancti Arnulphi Metensis Episcopi filio, regia dignitatis decus quod penitus deperierat per Regum Francorum inauditam desidam, per suam reparata- mit proficiam. Ipsa siquidem genit Pipinum, Pipinus Carolum, qui Tudetes, id est,

S. Getrudis vita cf. 17. Martij. To mo. 2.

SURTUS

900
1000
FVIII
5

IANUARI I.

S. Caroli
Magni ge-
nealogia.

84
est Martellus est agnominatus: Carolus Pipinum Regem; Pipinus Carolum, cognomento Magnum, Francorum Regem & Imperatorem Romanorum: qui eò honoris & potentiae processit, vt nullus de Regibus Francorum, velante eum, vel post eum, ei comparari potuerit. Quia aliquantulum excerrimus, cito vnde digres-
si sumus redeamus.

Cap. 8.

Grimoaldus pro patre suo Pipino constitutus maior domus, potenter in aula Sigeberti Regis principabatur, & domi militiq; viriliter tutabatur. Omnia in tuto esse putabantur, & compressis vicinarum gentium motibus, nihil meruebatur. In-
venit tamen nouera bonorum inuidia, quomodo in ipsis regni visceribus ficeret
discordia zizania. Otho Vronis domestici filius, qui Sigebertri Regis ab adolescentia fuerat baiulus, zelo inuidiae ducebatur contra Grimoaldum Maiorem domus & traductis ad se procerū aliquibus, arrepebat in spem inuadendi principatus eius. Radulphus quoque dux Turingia, vir bellicosus, prosperis intumefcens cunctis, cùm Vuinidos crebris viciisset congressibus, contra Sigebertum dominā suam & Regem agebat in solentius, eiusq; despiciens adolescentiam, magnam intulit re-
gno molestiam: & eo recordiq; processit, vt exercitu Sigeberti insidijs excepto, non minimam de Francis stragem facere præsumperit. Quod infortunium nimium si-
geberto Regi intulit luctum, tunc agenti annum regni nonum, ætatis vero duode-
cimū. Sed quia cum ætate ei robur & industria accreuit non ante ab inimicorum
infestatione destitit, quam superbiam eorum domuit, & Thuringos, qui in insula
Radulphi rebellis erant, sub iugo dominij sui viatos & confusos reflexit: Otho
etiam, qui potentiam Grimoaldi obliquo oculo limans, eam ad se trahere niteba-
tur, factio Grimoaldi à Leutherio Alamannorum duce in gratiam ipsistrudita
tur, atque ita Grimoaldus in principem corroboratur.

Cap. 9.

Pax alta & quietes erat in cunctis Austrasiorum terminis, sedatis vndique exeris-
& domesticis aduersariis, virtute Dei promouente virtutem Sigeberti Regis, quem
sibi placentur monstrauit à primo rudimento ætatis. Qui enim Salomonii te-
nera etate dedit sapientiam, diuitias & potentiam, dedit etiam huic sapientiam, di-
uitias & potentiam. Ego quidem, si verbis Domini vti audeam fiderem dicam, quia
plusquam Salomon hic. Salomon enim sapientiam, quā in nocte & per somnum
acepit, transgrediendo Dei cultum perdidit: diuitias & potentiam, quas plus cu-
rit. Etiam habuit, in pernicie anima sua vertit, & vt in posteris suis minueretur, peccan-
do meruit. Hic vero pacificus noster Salomon, quicquid sapuit, quicquid habuit,
quicquid potuit, ad anima sua commodum conuertit, & vix in posteris suis spiritu-
aliter multiplicaretur, bene agendo meruit. Solet enim fieri in pacatis regnis, vt
per ocium & desidiam moribus corruptis, abundantur securitate pacis. Hic contra
gaudens diuturnitate temporalis pacis, laborabat obuiam ire aëris cateruis: &
colluctatus contra spiritualia nequitia in cælestibus, conducere sibi spirituales,
qui secum bellarent, exercitus. Duodecim enim monasteria in diversis regni sui
partibus aedificauit, eisque ex suis redditibus regia liberalitate necessaria suppedi-
tauit, ut illic sub Apostolica vita viventes regula, dum sua meterent carnalia, sua
sibi seminarent spiritualia. Inter quæ eminent in nostra vicinia Stabulaus & Mal-
mundarium cenobia, infra sylam Ardennam sita: quia idem Rex, cooperante
sibi Maiore domus Grimoaldo, constructa, sancto Remaclo Tungensi Episco-
po tradidit ordinanda. Illius enim & Cuniberti Colonensis Episcopi principiū inni-
tebatur consilio, & ad talia facienda sanctorum virorum animabatur exemplo. Et
vt ab uno plura discamus, quanta p̄ij Regis liberalitas fuerit in sanctorum locis di-
tandis, ex his duobus colligamus. Audiens in locis, sancto Remaclo delegatis, fer-
uere cultū sanctæ religionis, præsertim quod idē præsul, abiecit Episcopali sarcina,
se ibi mancipauerat auctiori vita, tradidit ei ex ipsa foresta duodecim leucas in la-
titudine, & totidem in longitudine: In quo spatio nullus ei vel sibi succedentibus
contradiceret: * affirmaueruntq; illud testamēto cum ad stipulatione Imperiali.

Cap. 9.

Rex Sigebertus, reuera Regis nomine dignus, quia seipsum benè regere nōrat,
magnoperè terrena bona minimis Christi distribuere curabat, vt ad summum bo-
num tandem pertingere posset, quod non constare nisi in æterna beatitudine claret.
Expertus enim erat, quia terrena felicitas in aliquo semper curritur, ne ad per-
fectionem boni perueniat. Cum enim sibi opes, honores, potentia, gloria affarim
pro regia affluerent magnificentia, multū tamen felicitati sua deesse dolebat, pro
co

S. Remaci
vita habe-
tur, 3 Septem-
bris, T. 5.

* affirma-
uit legēdū
videtur.

DE SIGEBERTO REGE FRANCORVM.

49

eo quod liberorum dulci affectu carebat. Et ideo in ædificandis ad ædificationem animarum cœnobiois instabat liberius, & sua Christo distribuebat liberalius: quia præter Christum, cui haec cederent, non erat ei haeres legitimus. Quia verò Grimoaldum Maiorem domi sibi in omnibus fidelem, morigerum & cooperatorem egenus expertus erat, filium eius Childebertum regni Austrasiorum heredem delegat: hoc tamen proposito conditionis tenore, si ipsum continget sine liberis obire. Rex quidem, ut potè futurorum nescius, quod tunc sibi videbatur, ex temporis convenientia fecit: postea verò filium genuit, quem nomine patris sui Dagobertum vocavit: & priori testamento ad irritum redacto, hunc nutriendum cōmisit Maiori domi Grimoaldo, vt eius potentia contrā omnes tutus sublimaretur in Austrasiorum regno.

Talis erat Sigeberti Regis vita, quam apud homines & temporalis magnificabat potentia, & grata Deo in omnibus commendabat iustitia: apud Deum verò eam acceptabilem faciebat coltibina simplicitas, cum tamen ei adesset etiam serpentina calliditas. Quia verò dicit sapientia ex ore Salomonis, Aufer rubiginem de argento, & egredietur vas purissimum: aufer iniquitatem de vultu Regis, & firmabit iustitia thronus eius: Rex ille, in cuius manu sunt corda Regum, defamulo suo Sigeberto, qui per vitæ puritatem & sapientiam venustatem splendebat vt argenteum, abstatuit in presenti seculo rubiginem peccatorum, & fecit sibi vas misericordiae purissimum. Et cum Deus dicat nobis, Date eleemosynam, & eccè omnia munera sunt vobis: quis discredat peccata huius Regis, ex terrena contagione & regni occupatione ei adhærentia vice pulueris, Deū eluissē tot eleemosynis, quæ ad laudem & gloriæ nominis Christi expensæ sunt per eum, & adhuc quotidiè expenduntur in tot ab eo strutis cœnobiois: Abstatuit nimirum iniquitatem de vultu Regis, vt firmaretur iustitia thronus eius: vt quia iustus ex fide viuens, vilipenderat terreni regni fastus, coronatus corona iustitiae, & ornatus palma victoria, conregnaret Christo in cœlestibus. Rex ergò terribilis apud omnes Reges terræ, qui austert spiritum principum, nè malitia mundi mutaret militis sui intellectum, in flore iuvenilis etatis acerba morte rapuit de praesenti seculo nequam, & in cœlesti curia ei Felix obiit. contulit vero dignitatis gloriam. Obiit autem Calendis Februarij, etatis suæ anno sexagesimo secundo: à transitu sancti Martini anno ducentesimo sexagesimo tertio. Et qui in multis locis in signia sui monimenta reliquerat, sepeliri eligit in Sepelitur urbe Metis, quæ regni sui sedes fuerat, in basilica, quam ad gloriam & laudem Dei Metis, in honore S. Martini gloriosi confessoris regia liberalitate construxerat.

MIRACVLA QVÆDAM EIVSDÉM SIGEBERTI

REGIS, AB EODEM SIGEBERTO MONACHO CON-

scripta, sed redacta in compendium. Testatur autem author, se ea scribere, quæ aut recenti tempore facta sint, aut ab ijs relata, qui ijs interfuerint.

Nno Christi 1063, quiescente corpore Sigeberti Regis in mona. Sigebertus
sterio S. Martini, quod ipse ad Metenses ad Motellam à funda. Rex mona-
mentis construxerat, presbyterium supra cryptam, vbi conditum sterium S.
erat eius corpus, propter antiquitatem ruinam minabatur, ita ut Martini
non absq; ingenti timore illic monachi diuina peragerent. Ap- Metis ex-
paruit igitur manifestè sanctus Rex cuidam Vuilandō, in Metensi struxit.
suburbio degenti, cunctis penè ciuib. notissimo. Is verò præ splé-
dere eximio obstupuit, nec quicquā loqui ausus fuit. Tum Rex blandè cūm appellans, iussit eum ocyū indicare fratribus eius monasterij, vt si Deum & beatū Marti-
num vellent habere propitiis, quam primum ad locum alium transferrent corpus
eius, nè ruina loci eius quassaretur. Fecit Vuilandus, vt erat iussus & monachi de ve-
rissima Sigeberti Regis & patroni sui sanctitate nihil hesitantes, statuerunt id ad ef-
fектum perducere. Tanta autem facilitate sarcophagus eius aliò deportatus est, vt Translatio
non ab hominibus, sed ab angelis ferri videretur. Plurima verò deinceps edita co-
loco, quò translatum est corpus eius, sunt miracula.

Ad laudem Domini, retinet qui culmina cœli,
Reddere qui sanctos vult per miracula claros,

Sigeberto
Regi filius
nascitur
Dagober-
tus.
Cap. 10:

Columbi-
na simpli-
citas.
Prou. 23.

Luc. 14.

Hebr. 10.

Psal. 73.

Felix obiit

ijs.

etatis

anno

sexagesimo

secundo.

transitu

sanceti Martini

anno

ducentesimo

sexagesimo

mortio.

Et qui in

multis

locis

in signia

sui monimenta

reliquerat.

sepeliri

eligit

in

sepelitur

urbe

Metis,

quæ regni

sui sedes

fuerat,

in basilica,

quam ad

gloriam

& laudem

Dei Metis.

Carmen

Authoris:

1587
Cuius virtute valuerunt viuere iustè.

Nec multò pōst, ea quæ cāfūra erant monasterij ædificia corrūerunt, sicut amēt ut ob merita beatissimi Martini & Sigeberti Regis, neminem laeserint, tametsi non pauci adessent. Porrò nocte diei illius, qua erat hēc peragenda translatio, à quibusdam in oratorio quiescentibus tanta audita est melodia tota monasterio, ut prē nimio timore penē exanimes, huc atq; illuc diffugerent, & visa auditā que via alijs indicare possent. Sed tamen aliquanto pōst non absque summo merito in oratoriū ingressi, cantum suauissimum, & tanquam apum permulta examina, gratissimum exprimita suo stridore melodiam, sibi audire vīsi sunt.

Aliud subiungimus miraculum, vndē & pijs, de muniberis huic sanctissimo viro calitū collatis nihil hābitantibus, fidei, spci & charitatis accedant incrementa, & duris atque incredulis cālestis vindictæ metus incutiarū. Cū adhuc priori loco quiesceret venerabilis Regis Sigeberti corpus, & à fidelibus fratribus, de eis sanctitate nihil dubitantibus, debitus ei honor & reuerentia prāstaretur ita vīlitanijs, & diuini cultū officijs eius nominatiū mentio haberetur: quidam frater Hugo, quem etiam nosip̄ vidimus, magna temeritate eius nomen in litaniarum codice expunxit, licet ab alijs quotidiē exprimeretur. Ecce autem post dies paucos sub precibus vespertinis cuiusdam solennitatis eo solito more ad aras incensum offerente, cū ad huius sancti Regis tumulum pro consuetudine accederet, adē corporis eius subito diriguit, vt loco illo se mouere non posset. Agnouit ergo cupam suam, & fratres pariter cum illo egere pœnitentiam, rogāruntque sanctūm, vīgnosceret fratis temeritati. Interim assertur litaniarum codex, & frater sua manu nomen expunctum denuō inscribit, atque eadem nocte vīlo impedimento in nocturnis laudibus ad idem monumentum thus obrulit. Potest autem ex hoc miraculo colligi, superioribus temporibus multa alia ab illo edito miracula, sed quæ hominum incuria in scripta relata non sint.

Translato, vt diximus, sacri corporis sarcophago, & à dextris arā beati Martini reuerenter reposito, quidam religiosi & diuino amore feruentes fratres, pia fiducia animati, sacrum aperuēre sarcophagum, videruntque sanctūm illud corpus, nō tanquam mortui, sed vt dormientis hominis planè integrum, & omnis macula expers. Tum verò illi in Dei præpotentis prorupere laudes, admirabundique ad sua reuersti sunt.

Erat per id tempus in eo monasterio quidam iuuenis monachus, valde leuis & lubricus moribus, verbis futileis & iocosis. Ex hoc quandoque sciscitabantur quidam seculares, quid sentiret de ijs, qua nupē gesta essent, vel quidnam beatus Sigebertus vel per reuelationes, vel per miracula apud ipsos efficeret. Respondit ille irridiculē, sanctum Sigebertum, vt solent vita funēti, iacere in tumulo aperito ore, & nudatis dentibus: nec se compertum habere, num quid vñquām miraculi perpetrasset. Eadem hora ineptus ille tanquam mentis inops ceperit per humum & saxa se volutare, & cum magnis vocibus exilire, rursusque humi se abiçere atque volutare. Cumque id diu fieret, fratres eius miseri, tandem a grēcum ē terra sublatum, ad beati Sigeberti sepulcrum adduxerunt. Ibi ille sancto Regi & fratribus culpam suam confessus, mox sanatus est.

Quidam alius eiusdem monasterij frater morbo quodam grauissimē laborans, ita vt nihil cibi portionisve aliquot diebus admitteret, & interdū supremum vitæ periculum adire videretur. Is aliquando ad beati Sigeberti se monumentum contulit, & cum precatus esset, operimento vel palla, qua sacrum corpus tegebatur, pectori, ventri & cāteris membris fideliter admouit, moxque sic omnem sensit abīssile dolorem, vt nunquam postea eo corruptus sit.

Eodem ferē tempore mulier quedam in pago Casellensi acri vexabatur morbo, hulcere in eius gutture existente, adeoque in dies excrescente, vt plerique vīte eius spem omnem abiçerent, non paucis remedijs frustrā illi adhibitus. Tandem à patētibus ad beati Sigeberti adducta monumentum, postquam palla eius morbidum terigit locum, illicō curata est.

Anno à Christo nato millesimo sexagesimo octavo quidam fratricida ferreis constrictus vinculis, multa iniuisit sanctorum loca, vt per eos Deum sibi proprium efficeret. Cū autem aliquot dies Parisijs apud sanctum Dionysium in precibus & ieiunijs moratus esset, vnius brachij vinculis diuinitus absolutus est. Tum vero etiam

SURITUS

ODOR
DIOGENES
RVIII
5

Diuinus
castigatur
temerari
frater, fan
eo Regi
derogans.

Corpus ei
post 400.
annos ap
paret int
grum.

*Alius fra
ter castiga
tus, poter
tur.*

*Aeger ad
eius tumu
lum cura
tur.*

*Item agra
mulier.*

DE SIGEBERTO REGE FRANCORVM.

51

eriam pro alterius brachij solutione instantius orans, beato Dionysio ipsi apparet, in somnis admonitus est petere monasterium sancti Martini, apud Metenses conditum, illic meritis sancti Sigeberti imperaturus quod petebat. Afferente illo, se nescire iter, vel locum illum, beatus Dionysius de omnibus copiosè cum edocuit. Abiit igitur latius, & ad locum indicatum perueniens, aliquandiu permanxit in precibus, sanctorum implorans suffragia, in primis autem sancti Sigeberti. Interim quodam die, iam noctis sese intendentibus tenebris, custos templi iussit eum exire foras. At ille obnoxie rogauit cum, ut vel ante fores permittere ipsum nocte illa hærere: dicens sperare se id consecuturum propediem, quod diuinitus sibi promissum esset. Annuento tandem fratre pra commiseratione, ille multo etiam fidentius in preces assiduas incubuit: cum ecce in oratione profrato illi repente ferrum alterius brachij ranta vi diffractum est, vt una pars in fo-
res monasterij insiliens, magnum excitari sonum, altera verò longe alio excussum sit. Vraque autem pars in rei testimonium & beati Sigeberti venerationem ante ora-
torij altare suspensa est.

Accidit quandoque, ut quidam Metenses ciues dubitarent corpus sanctissimi Sigeberti in monumento haberi. Itaque anno Dominicæ incarnationis millesimo centesimo septuagesimo collecti sunt Abbates, itemque cleris cum multa populi frequentia, id que in aede illa, qua conditum erat beati Regis corpus. Postquam ad Deum preces fusæ sunt, lapis a sepulcro amotus est, & corpus sanctissimum rursus integrum inuentum est, acsi dormiens illic iaceret. Iam autem quingen-
tos & septuaginta duos propemodum annos iaceret in sepulcro. Tanta igitur re-
stupescit, qui aderant, incredibili animi hilaritate perfusi, in Dei laudes proru-
erunt, qui mirabilis est in sanctis suis. Porrò eius monasterij Abbas Latandus cu-
mibus argenteam thecam, in qua corpus beati Regis conderetur, efficiendam cu-
rarunt. Erat tum illic monasterij Præpositus Hugo, bona existimationis & incul-
pata vita vir, sancto Regi valde deuotus, & assiduus monumenti eius visitator. Ei
quadam nocte in visu apparuit Sigebertus Rex, aitque illi: Veni, iace mecum. Illo
cum tremore respondente, sepulcrum non posse ambos capere, sanctus Rex dixit:
Veni securus: sufficit enim utrique. Excitatur interim pra timore, visionem expo-
nit nobis: sed cum de ea ambigeret, rursus appetit ei beatus Sigebertus, aitque: Por-
lige mihi manum tuam, ut osculari cam. Id vero facere non ausus, pra pauore exper-
gescitur, manè se confert ad eius monumentum, manumque illius cum summa pie-
tate & cordis compunctione osculatur. Inde Abbas Latandus conuocatis Abbatibus,
& cœliando, populoque ostendendo.

Matrona quædam in suburbio sancti Iuliani apud Metim, rebus locuples, vir-
tutum inops, ut audiuit prædicari à quibusdam sancti Sigeberti miracula, non
solum credere noluit, sed etiam contumeliosè proscidit. Et ecce confessum os
blasphemum ad aures contorquetur, horridum adspectantibus exhibens specta-
culum. Redit igitur ad se, plangit peccatum suum, orat parentes & cognatos,
vrat templum, in quo conditum erat corpus sancti Regis, perforatur. Vbi eo-
ventum est, prosternit se, rogat loci illius custodem, ut liceat sibi osculari beati
Sigeberti reliquias. Quod dum facit, videre sibi videtur sanctum Regem admota
sua manu, os ipsius in suum reuocare locum. Deinde sospes & incolumis reddit ad
suos.

In eodem suburbio iuuenis quidam, vineas noctu custodiens, vedit multis dæ-
mones ardentiibus facibus inter se dimicantes. Accedit proprius, sed temerè tamen,
scire volens, quid rei sit. Tanto vero terrore corruptus est, agente maligno dæmo-
ne, ut amens humi collapsus sit tanquam mortuus. Mirantur cognati, cur tardius
reueratur: eunt ad vineam, reperiunt miserum non solum mentis inopem, sed
etiam adeo à dæmonে occupatum, ut quodam furoris oestro percitus, morsus illis
intenteret. Ligant itaque furiosum, sed rumpit vincula, non suis viribus, sed impe-
tu satanae: irruitque in cognatos suos ore hianti. Rursus multò etiam arctius eum
colligant, imponunt grabato, per multa Metensis urbis tempora circumferunt, orant
lachrymabundi ad sanctorum sepultra, sed non exaudiuntur. Redeunt in memo-
riam innumerabilem miraculorum, quæ Dominus per confessorem suum Sige-
bertum ederet: adducunt hominem ad eius sepulcrum, orant Deum, ut meritis

Quidā fra-
tricida, me-
ritis B. Si-
geberti, su-
is vinculis
absoluitur

Corpus ei-
us post mul-
tos annos
iterum in-
veniatur in
corruptu.

Elcuatio-
nem eius.

Mulier te-
meraria
post casti-
gationem
curatur.

c 2 cius

FEBRVARII VI.

52
Dæmonia
cus ad eius
sepulcrum
a dæmons
liberatur.
cius sanet miserum. Post aliquot dies iuuenis apertis oculis dicit ad illos: Soluite
me, meritis sanctissimi confessoris Sigeberti iam liberatum. Hilarescunt illi, sol-
lunt hominem, Deo & beato Sigeberto gratias agunt. Promittit iuuenis se quo-
tannis daturum loco illi quatuor nummos. Et biennio quidem facit id bona fide
anno tertio non seruat datam fidem. Redit satan, occupat rursus miserum, ut pri-
us. Parentes adducunt eum iterum ab beati Regis monumentum, fundunt nouas
preces, iuuenis ocyus restitutur sibi, domum sua latus repetit, & quod vixit quod
promiserat Sigeberto Regi, etiam religiosè persoluit.

Duo ægri
fanantur.
Cum id genus alia permulta fierent miracula, magnus siebat hominum con-
cussus ad sepulcrum beati Sigeberti, qui eius meritis curabantur. In iis duo quidam no-
stra atatis, Constantius & Lozelinus, & mente & corpore laborantes, ad ciuios.
numentum sanati sunt. Hæc & alia multa nosipsi vidimus diuinis declarari mira-
cula, quibus aliud addam.

Accidit aliquando, ut vespillones & prædones quidam nostros fines præter op-
tionem inuaderent, domosque tum diuitium tum tenuium repente expilarent,
non enim ausi erant longas moras necdere. Porro vbi in vallem Gorgiensem in-
currerunt, multa illuc degentibus damna attulerunt. Mox eius rei fama longe
propagata, etiam Metenses peruersit. I collecta forti armatorum manu, raptors
illos persecuti sunt, compræhensosque magna ex parte trucidarunt, plerosque du-
xere captiuos, pauci tamen fuga sibi confulueré. Ex captiuis autem Rodulphus
quidam, cum iam multo tempore cum complice sceleris in carcere detenus fuisset,
recordatus est beatum Sigebertum Regem permulcis clarere miraculis, quod
crebra auditione acceperat. Itaque ad solum suum ait: Ambo quæ proficiat,
imploremus beatum Sigebertum Regem. Ambo igitur se dant precibus nec vilam
sentient in impetrando difficultatem. Soluuntur sponte vincula, surges ferreis
nexibus expediti, tollunt secum catenas, veniunt ad sacram ædem, in qua sancti
Regis corpus quiescit, gratias agunt Deo & beatissimo confessori Sigeberto, refe-
runt nobis quantam erga se ob beati Sigeberti commemorationem experti fuim
sericordiam Dei.

Miles quidam Masiriensis captus ab hostibus, in carcere coniectus fuit, & fer-
reis vinculis implicatus. Ibi ille non immemor, quæ multa Deus conferret bene-
ficia in captiuos & agrotos propter sanctum suum Sigebertum: coepit deprecari.
um ipsum Sigebertū ut ipsius misereretur. Exauditur captiuis, laxantur vincula, ab
scedit è carcere, venit ad templum, vbi affuerabat in sancti Regis corpus, immensas
depromit laudes Christo salvatori, & eius sanctissimo confessori: nos hortatur in
eius perseverare cultu, & laudibus celebrare eum, qui viuit & regnat per infinita se-
cula seculorum, Amen.

VITA ET PASSIO SANCTÆ SOTERIS VIR- GINIS ET MARTYRIS, PER DIVVM AMBRO-

suum scripta. Habetur libro tertio eiusdem
de Virginibus.

6. Febru-

S. Soteris
castitas.

S. Soteris
in passione
fortitudo.



ED quid alienigenis apud te foror vtor exemplis, quam
hæreditatiæ castitatis inspirata succellio, parentis infusio-
ne martyris erudiuit? Vnde enim didicisti, quæ non habui-
sti? Vnde disceres constituta in agro, nulla socia virgine,
nullo informata doctore? Non ergo discipulam, quod fie-
ri sine magistro non potest, sed hæredē virtutis egisti. Qui
enim fieri posset, ut sancta Soteris tibi non esset mentis au-
thor, cui author est generis? quæ persecutionis ætate seru-
libus quoquè contumelij ad fastigium passionis cœcta, et
iam vultum ipsum qui inter cruciatus totius corporis liber esse confusevit iniurie
& spectare potius tormenta quam perpeti, carnifici dedit.

Tam fortis & patiens, ut cum teneras poenæ offerrer genas, prius carnifex cæ-
do desiceret, quam martyr iniuria cederet. Non vultum inflexit, non ora conuer-
tit: non gemitum, non lachrymam dedit. Denique cum carera poenarum genera-
viceset gladium quem quærebat inuenit.

ITEM